170

G

126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

~~V : 114ª~~

~~171 9 1ª~~ ~~170 g 126~~

170 g 126

CA. 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

114 a/2

Incipit epiſtola Enee poete de fortuna ad dominū Procopium militem.

Neas Siluius poeta. s. p. dicit dumiō Procopio de Rabemſteyn militi litterato ⁊ preſtanti Nocte preterita priuſq̄ me quieti committerem multa mecū de te loquutus ſum Mirabarq̄ tuis ꝟtutibꝰ non dari locū conuenientem. Quia licet acceptus ſis Ceſari. Non tamen vt par eſſet efferri te video. Nam cum reluceat in te nobilitas ⁊ probitas nō video cur inter primores poni nō debeas. Accuſaui ergo fortunam que tum honorum. tum diuiciarum creditur diſpenſatrix. plura q̄ in eam ſtomachatus dixi. Vt que viros premeret bonos. extolleret malos. Nec finem feci donec altus me ſomnus oppreſſit. Inter dormiendum vero mira per quietem ſum contemplatus. Que tibi nunc referre decreui. Tu arrige aures reſq̄ tum miras. tum ſtipendas agnoſce Iam noctis decurſo ſpacio ſideribꝰ dubijs poſtq̄ pigri boote frigida ſarraca circumegerāt. viſioēm hanc habui. In locos letos ⁊ amena vireta deueni gramineus campus in medio fortunati nemoris erat. riuo cinctus ⁊ muro. due illic porte Altera cornea Altera candenti nitens elephanto. Muri altiſſimi ex adamante ꝯſtructi Riuus immenſe ꝓfunditatis. Nulli acceſſus ad portas niſi ꝑ pontes. qui tamen cathenis eleuati paucis aduenientibꝰ demittebantur. In ripis eregione portaꝝ exiſtentibus. Ingens virorum ac feminarum turba cōſedebāt tendentes q̄ manus orabant tranſmitti. Territus hac nouitate dum hac ⁊ illac circūuerſo plures mihi obuij dantur quoꝝ facies agnoſcebam Neſcio tamen quare factum ſit vt nemo mihi ſermonis copiam faceret. Veni ad corneam portam. In cuius ſummo hec verba litteris antiquis inſcripta conſpexi. Paucos admitto ſenio pauciores. Auidus noſce quid foret interius. Iuuenem qui ſupra turrim erat magnis precibꝰ obſecraui. incaſſum tamen mihi vt fores panderet. Tum forte adoleſcens venit magna comitante caterua. Cognoſco habitum Ex rheni ꝑtibus erat. Quis nam hic eſt inq̄. Accedit me vir togatus. Credo me italum nouit italus. Et ludouicus eſt hic ait dux Bauarie princeps Elector qui trans illum murum nos ducet. At ego. mi vir. Impetra mihi tranſitum ſi quid iuris habet com

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

munis inter nos patria. Faciam inquit ille. Vixꝫ locuti eramus
cum pontibꝫ demiſſis Ludouicus ingreſſus eſt. ⁊ vna ſecum complu/
res alij. quos ianitor nominatim appellauit. ego vt explorator ſub pal
lio principis qui ludouico herebat vnus ex Brãdeburgẽſibꝫ Mar/
chiõibus viſus eſt latitans intraui. illic florea prata Riui cum lacte.
tum vino currẽtes frigidi fontes. Lacus piſcibus pleni. Balnea ſua
uiſſima. denſi luci. Vineta ſemper vuis onuſta. arbores perpetui au/
tumni. Quales hortus heſperidum vel pheaces habuiſſe credũtur.
Poma quorum ſolo paſcaris odore per ſiluas fere manſuetu. captu
faciles. volucres ⁊ eſui ⁊ cantui nate. Vnicus eſt apud ethiopes locus
heliotrapeza nuncupatus opiparis epulis ſemper refertus quibus
indiſtinctim oĩs veſcuntur Apud quem lacus tenuis laticis hauſtu
ſaluberrimus. Hic plurima ſunt huiuſmodi loca menſe ſub arbori
bus parate gemmatis vaſculis. pateriſꝫ aureis onerate nullum fa/
lernum ꝯpari vino poteſt quod ex viuo ſaxo illic manat mella paſſim
fluũt. Arũdineta ſacharo plẽa. omne genus aromatũ ex arbore cadit
Auri ⁊ argenti inexhauſte minere Lapilli ꝓcioſi tꝫ ceraſia in nemo
ribꝫ pẽdẽt Venuſte puelle elegãteſꝫ iuuenes ꝑpetuas ducũt coreas.
Quicq̃d muſicũ eſt illic reſonat. Nõ tam voluptuoſam ſuis ſeq̃cibus
paradyſum mahumetꝰ re ꝑmiſit. qꝫ hic vidiſſes diſpẽſatores huc ⁊ il/
luc diſcurrebãt bachus Ceres ⁊ venꝰ Silua mirtea ꝯcubitꝰ admitte
bat Iã ego ex pallio ꝓdieram cupiduſꝫ videdi ꝑ medias letãtiũ tur/
bas ibã ſecutꝰ Cũ vegius poeta laudẽſis me aggredit ⁊ O inq̃t Enea
q̃ huc pacto veiſti Amplexus amicũ Expoſui caſum Tum ille. Vo
luiſſem te vocatum fuiſſe. Nam hic preter iuſſum here nemo manere
poteſt Illa ſi te viderit mox iubebit expelli Tum ego. Que nam eſt
hec dña cuius expectatur vocatio. Hera fortuna rñdit Vegius cuiꝰ
munere oĩs qui ſumus hic feliciter viuimus Illi totus obedit orbis
quicq̃d hec iuſſit factũ eſt Tum ego Ergo tu ex felicibꝫ vnus es q̃ ſo/
lebas eſſe qꝫ miſer. Sum inq̃t Vegiꝰ Dilexit me tãdem hec dña ſum
miꝫ põtificis mihi grãm ꝯciliauit canõicumꝫ baſilice ſancti petri fe
cit Ha inꝗꝫ ego iam incipiam colere tuã dñã ſi q̃s bonos euehit ego
ſepe in eam inuectꝰ ſum. q malis bonam ⁊ malã bonis eã videbam.
Scis qꝫ bonus fuerit Socrates nũqꝫ illi arriſit. platoẽm q̃ fuit pho
rum maximꝰ in ſuitutem redegit. Pictagorã ſꝑ vagari ꝯpulit. Cice/
roẽm qꝫuis ex rhetore ꝯſulem fecerit in manus tñ poſtmodũ inimico/
rum dedit ⁊ Anthonij gladijs interemit. Scipioẽm in exiliũ miſit.
Fabritiũ in catino terreo ſeu luteo ꝯmedere fecit Primũ Cathonem
pauꝑtate grauauit. ſibi vt manus ꝯſciret alterum iuſſit Aſpice viuen
tes Quid Iuliano Cardinali ſancti Angeli tot ꝟtutibꝫ ornato repẽ
ſum vides Quid iohãni ſci Petri Iohãni ſci Calixti ac iohanni tarẽ
tino eiuſdem ordinis viri Quid eſt hijs qd ꝓbitati vel ſcientie corre/
ſpõdeat Quis dicere pt. Gaſpar Cancellariũ qꝫuis dux ſibi ꝯiugem
copulauit dignas labor retributiões tuliſſe Qui iam trium ceſarum
cancellarius fuit Vuilhelmus de lapide miles inſignis ñ minꝰ lrãrũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

ꝑ armoꝝ ſcius qui mũduz ꝓtutꝫ agnoſcẽde cupid⁹ paguit. Quid ſuis
meritꝫ dignũ eſt aſſecut⁹ campiſius nr̃ phia plen⁹ q̃ ſedis apl̃ice fui/
cijs etatem ſuã ꝯſecrauit. Paupior codꝛo eſt. Unicus miles eſt aut ſi
comites hẽt vix quattuoꝛ ſunt. ꝓcopius bohemus in curia ceſaris qui
lrãs amet colet(que) indocti tñ at(que) habẽtes ſibi ꝑferũt. Nolo referre q̃s
azinos viderim exaltatos ſuꝑ cedꝛos libãi q̃ etiã hodie floꝛẽt homiẽs
ſine lrĩs elingues ſine ſenſu. vix manus dextra quot habet digitos no
runt. Securius eſt moꝛtuos q̃z viuentes carpere. Quid tetrius aut
hoꝛribilius mõſtrum nerone fuit. Quid tyberio ſceleratius hijs tamẽ
imperia q̃z veſpaſiano ⁊ tyto pijs ceſaribus diuturnioꝛa fuerunt.
Quid domiciano turpius beſtiã tñ illã mũdi ceruicibus imminentẽ
pluribus ãnis ꝑtulit oꝛbis iouinianũ q̃ꝛ religioſus clemenſ(que) fuit op
preſſum. fumo carbonum mox amiſit. Quod criſpinus villas erexit
monſtrum a vicijs nulla virtute redemptum. Spado claudij Nero/
nis pophides tot diuicias poſſedit vt edes ſuas oꝛnatioꝛes ⁊ amplio
res capitolio ꝯſtrueret. Gabꝛinus cremonẽſis. vij. dnõs ſuos intere/
mit quibus in fetida ſepultus cloaca dominatũ ſuſcepit. Non poſſum
viuentem aliquem non tangere. Patrem philippi ducis qui nũc bur
gũdiam tenet in pꝛeſentia regis francie pꝛepoſitus pariſienſis ſecuri
percuſſit is nũc in pꝛouincia quietiſſimam habet vitam pinguibus a
gris donatus. Hic tamen ⁊ homicidium fecit ⁊ publicam fidem fre/
git quam miſer ille ſecutus fuerat. Hec mihi bilem ſepius commoue
runt. At poſt(que) te virum pꝛobũ ⁊ doctum iam fortune blandimẽtis
video delinitum fio mitioꝛ illi puto(que) non te ſolum ex bonoꝛũ nume
ro gratũ eſſe huic matrone. Sed duc me oꝛo vt illam intuear. Ita eſt
inquit vegius plures boni ſunt in hoc conuentu q̃z quis mihi ñ arrogo
quod tu nomen das. Scio me peccati reum eſſe indignum(que) gradu
meo. Sed ita placitum eſt tum fortune tum meo pontifici. at(que) vt a/
gnoſcas bonos quo(que) huic domine gratos eſſe audi me parumper.
Nolo conſtantino magno nerue troyano duobuſ(que) theodoſijs. ipſi (que)
pꝛimo Auguſto quanta felicitas arriſit quia pꝛobi fuerunt nũc diſpu
tare ad viuos venio. quid tuo ceſari religioſiſſimo. Quid modo ponti
fici ſanctiſſimo. Nũ ſe blandã fortũa oſtendit regem argonũ q̃s ele/
uauit niſi fortũa. Quis ducem cloceſtrie magnũ fecit. Quis coloniẽ
ſis ⁊ treuerenſis antiſtites magna eſt hoꝝ ꝓtus ⁊ tamen fortũe flatu
ſunt ſublimati. Diceret Magũtin⁹ meũ genus erexit me. Sic ⁊ ſa/
xones ⁊ bauarie duces dicere poſſent tãq̃z nihil in eis fortũa fuerit o/
perata. Sed q̃s eos tam alte naſci fecit niſi fortũa. Poterat hec ſi vo
luiſſet Reges hiſpanie vel Anglie meo loco ſupponere. Nulla virtute
noſtra ſed caſu generis nanciſcimur claritatem. q̃ ſi plures ſũt virtuo
ſi quos fortũa preterit nemo iraſci debet. poteſt enim hac domina q̃
ſua ſunt bona cuivult elargiri. homines in mundũ non ad opes poſſi
dendas aut perfruendas delicias. Sed ad laboꝛes naſcũtur. Viue/
re(que) in terris nõ tanq̃z incole ſed vt aduene peregrini(que) debẽt futurã
q̃z patriam ꝑ opera virtutis inquirere. In magna ꝓo fortũa non faci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

le ꝟtus reperitur. Quod animaduertēs Thebanus ille philoſophꝰ
ingens auri pondus in mari cōiecit vt expeditiorem ſe traderet phie.
Chriſtꝰ ſaluator deꝰ qꝫ nr̄ diuitias tanqꝫ ſpinas ⁊ tribulos docuit fu/
giēdas eꝰ diſcipuli paupertatis amatores fuerūt victū ac veſtitū hn̄tes
his ꝯtēti erāt. Nec hyeronimꝰ qꝫuis doctiſſimꝰ in tenui gaza fortunā
auiſauit quia nō illam dominā ſed chriſtū dn̄m ſequebatur tranſito
ria ꝓ ꝑpetuis ſpnens. Anthonius abbas quod fortuna dederat ſpōte
reiecit. Quod ſi ſane mētis eſſemus odiū potiuſqꝫ fauorem appetere/
mus fortune cuius blandicie maximū p̄ſtant impedimētum ad eter/
ne vite ꝯſequutiōem. Rariuſqꝫ eſt ⁊ coruo rarior albo qui ⁊ fortunaꝫ
ſimul ⁊ iter in celum ſequi valeat. Sed comprimo me ne huic domīē
videar detraxiſſe cuius amplexibus iam delector. Tu tamen caue ne
ꝓcopiū vel alios quos noīnaſti ꝟtutis amatores dicas expertes fortu
ne. Nec enim vel cardinales vel milites eēnt vel generoſi niſi fortuna
iuuiſſet. Solus campiſius eſt ex quo nihil ſuū poteſt fortuna repete/
re. Sed eamus ſi ſtat ſentētia ꝓpius videamuſqꝫ dn̄am iſtam regnoꝝ
atqꝫ imperij motricem. Eamꝰ inqꝫ ego ⁊ ſi forſitā hoſpes inuiſus ero
vix qꝫtum velox ex arcu ſagitta volitās currit vie ꝯfeceramꝰ. Cū ap
p̄hendēs vegiꝰ dexterā meā reſpice inquit dextrorſum Enea Ibi me/
a eſt dn̄a. Tentoria illic purpurea erāt margaritꝭ ornata Que cētuꝫ
iugera coopiebant. In medio ſoliū erat ꝑ altū lucēs clarꝰ ſmaragdis
Miri preterea lapides ebur ſolia veſtiebant. Sagada gemma que in
ꝓfundo eufratis Carine nauis ſe ſolet adnectere. iucundiſſime virens
Mirchites coloris mirre. q̇ ad calorē attritꝰ nardi odorē ſpirat Mi/
tridus que ſole ꝑcuſſa varijs emicat coloribꝰ. Tum pirites q̇ ſe teneri
non ſinit vehementius. Chalachias grādinis candorem p̄ferēs Echi
tes vipereas hn̄s maculas Dioniſias q̇ ſui natura fuſcus eſt mixtus a
qua ſi ꝯterat vinum fragrat ſolis gēma ꝑcādida ad ſpeciē fulgidi ſide
ris. Veneris crinis q̇ rufoꝝ criniū faciem p̄fert. Selemites fulgore cā
dido trāſlucēs. Pyropꝰ q̇ flāmas imitatur Meconites papauera ex/
primēs. Mirmites reptantem formicam. Calcoptōgos vt era pulſa/
ta reſonās. Siderites certis maleficijs incantatꝰ diſcordias excitās ſi
milis ferro. Flogites qui intra ſe quaſi flammas extuātes oſtētat An
tracias vt ſtella choruſcās Enchidros exſudās vt clauſam in eo putes
fontaneam ſcaturiginē. Melochites arabicus craſſius ſmaragdo vi/
rens. infantum periculis reſiſtēs: yris in mari rubro repta q̄ aeris rep/
cuſſu celeſtis arcus ex ſeſe ſpeciem iacet Andradamas nitoris argenti
animoꝝ calentum impetus molliens ⁊ tumētes refrenans iras ⁊ ꝯtra
moleſtias neruoꝝ vtilis: pederos aſpectu eburneo ⁊ grāꝝ ꝯciliator a/
chates. Incredibile eſt gemmarū que illic ꝑlucent ſi quis referat mul
titudinē. Ipſa fortuna grādis matrona duplices aſpectꝰ nunc blando
vultu nunc terrifico. Veſtibus auratis gēmatiſqꝫ altiorem thorū te/
nebat oculis grandioribus. Sed plerūqꝫ clauſis in auribus ceras vi/
di illa de naue petitas que: Siculos cantus effugit remige ſurdo.
caduceum in manu tenebat. In dextera eius dominatus ſedebat. ho/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

nor.fauor.ſplendor.gaudiũ.officiũ.faſtus.riſus.amor.ꝯiugiũ.vigor
rubor.decus.cãtus.pot⁹.Nec miõri loco phama.gl'a.victoria.nobili
tas.reuerentia.pax.leticia.potẽtia.forma.laus.gratia.ſuauitas.iocũ
ditas.hylaritas.dignitas.elatio.pompa.preſtantia.familiaritas.cliẽ
tela.rapina.vlcio.Supbia.libido.arrogãtia.obliuio.nuptie.ꝯſolatõ
Ad pedes ei⁹ quaſi ancille ſue pediſſeque Diuicie.pecunie.delicie.blã
dicie.voluptateſqꝫ ſtabãt arrectis aurib⁹ ſi qd hera iuſſiſſet auditure
factureqꝫ.In gmine vero locoqꝫ decliui ſelle plurime cernebãtur or/
cheſtra tecte vbi plurimas vmbras ſedere ꝯſpexi Perlucebãt eñ cor/
pora ſedẽtiũ cuius pallida erãt. Verſuſqꝫ ad vegiũ.Qui ſunt hij obſe
cro ſedẽtes viri reuerẽtia digni ſubtriſteſqꝫ Hij ſunt inqt Vegius qs
hec dña ab initio naſcẽtꝫ mũdi dignata eſt magnos facere ſed iam fatꝫ
functi huc venerũt ꝛ vt qſqꝫ maior fuit ſic fortune primior eſt.nec hic
ex ꝟtutib⁹ locus datur ſed ex felicitate. Primus hic eſt Auguſtus Ce
ſar diuum genus qui aurea ꝯdidit ſecula qꝫ ſup garamãtes ꝛ indos
ptulit imperium Alexãder ſecũdus eſt Tum Juli⁹ Ceſar poſt Sci
piones duo Jnde Pompeius Alius quẽ vides luſcum hanibal eſt.
Tum Fabius maximus Emilius Paulus Marcellus Alcibiades
temiſtocles Priamus Hector Agamẽnon Achilles Vlixes Dari⁹
Xerſes Ninus Pretereo multos Jlle quẽ vides ſigno crucis munitũ
Conſtantinus eſt hũc ſequũtur Cõſtãtius Cõſtãs Cõſtantin⁹ Va
lentinianus Theodoſius Sunt ꝛ iuniores Carolus magn⁹ Pipin⁹
Arturus mitto vetuſtiores Sigiſmundũ tuipſe noſti ꝛ Albertum ge
nerum qui poſt ſocerũ non diu regnauit.Fortunãqꝫ tum ſcdam tũ ad
uerſam exptus eſt. Hic Albert⁹ ex duce Rex factus hungariã bohe/
miãqꝫ recepit.nec diu poſt imperiũ eſt aſſequut⁹ vt tñ cito creuit ita
cecidit repente vix ãnis tribus regnauerat.Cũ morbo aſſumptus ſpi/
ritũ deo reddidit.Tum ego quo nam modo inquã felicitatem recipis
Ego apud iuuenalem legi neminẽ malum eſſe felicẽ Ex his qs nomi
naſti peſſimi plures fuerñt. Scis qꝫ hanibal ſeuus qꝫ fallax qꝫ cupid⁹
fuerit.tu tñ hunc felicẽ dixiſti.Ad hec vegi⁹ non vt ſapiẽtis nomẽ fe/
licitatis ſuſcepi.Sed vulgi morẽ ſum ſequut⁹ apud quos felix dr cui
plurima ex ſententia veniunt ſiue bonũ eſt ſiue malũ qd optãt.Jterũ
ego Nõ eſt mihi vegi de mortuis cura viuos rogo mihi oſtẽde.Reſpi/
ce inqt vegi⁹ illã plagã.Vides ne iuuenẽ albis comis planiſqꝫ nõduꝫ
annos triginta natus eſt rarus in ore riſus grauis inceſſus viro verba
pauca pudor ante faciẽ longo vultu ſtatura pluſqꝫ mediocri lato pe/
ctore video inqꝫ.Sed quis eſt herus tu⁹ Fredericus ceſar inquit vegi
us tum ego agnoſco dñm ſed cur is fortune refugit vultũ. Que nam
verba loquitur domina.Audio vocem ꝟba nõ teneo dicã tibi Enea
refert vegius. Non tam ven⁹ adonem dilexit qꝫ mea dña tuũ herum.
Js tñ refugit nec aſpirãti annuit.Vultus fortune vt cernis blandus
eſt.Frederici oculi torui ſunt vixqꝫ fortunam intuentur. Neſcio quid
ſibi ſit mẽti verba fortune hec ſunt.Mane Frederice ꝛ te mihi crede.
Nemo regũ te felicior erit ſi mihi auſcultaueris Nõ ſi tu fugeris ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

etiam fugiã. Vides ne filui vt manũ ad ſcapulas ceſaris fortuna po/
ſuit. Colliriũq; vult prendere neſcio an ſe capi ſinat Ceſar qd̃ ſuperi/
faxint ſi fauentem fortunam ſpreuerit fugeritq;. Scio morem domine
nunq; tibi blãdior erit. ſupbia eſt. rogari potiꝰ vult q̃ rogare nũq; vi
di hanc heram tam ſe alicui blandam pſtitiſſe. q̃ nunc eſt tuo domino
Felix ille ſi fortunã ſequatur. miſer ſi fugiat. Cum ego. ille proximus
frederico. qui eleuata ceruice graditur paſſimq; maiorem facit Paulu
lum fuſcus Hermanꝰ eius inquit Vegiꝰ Albertus dux liberalis va/
ſtiq; animi. Eũ ſequitur patruelis. Sigiſmundꝰ inceſſu celer. Inge/
nio promptꝰ ⁊ manu Poſt hos vlricꝰ Cilaceꝰ Comes mortalis pu/
gne mgr̃ amator nõ tam fidelis q̃ felix. Ille maturus euo grãdiq; cor
pore ſi quis ſit queris. Vide ad pedes vbi calceus dicit dñs de walſce
ego ſum. Hos ſequuntur viri preſtantes Chimenſis Gurcenſes epi
Cancellarius herus tuus Gaſpar qui vt dicis minus habet q̃ mere/
atur Magiſter camere. gebinger Marceſcallꝰ Hi dilecti ſunt Norn/
bergã petere ſi petierint. In pr̃ia remanebũt. Leonardꝰ Patauienſis
epiſcopꝰ Comes de ſchauwenburch Magiſter curie Neibergh ⁊ aliȷ̃
plures. q̇ oẽs fortune ſunt filiȷ̃ q̃uis ſinguli ſuã q̃rãt ſortẽ Rurſus ego
Quenã hor̃ fortuna ẽ oĩm bona inq̇t vegiꝰ ſi tuꝰ herꝰ fortune vocibꝰ
auſcultauerit varia ſi obaudiuerit dũ ſic famur. Video parua ſtatura
vir Nigro vultu letis oculis q̇ manꝰ in capillos fortune iecerat. Ar/
reptaq; comaſta tandẽ dña meq; reſpice dicebat. Quo me fugis iã an
nis duodecim capta es ſiue velis ſiue nolis. vt me reſpicias oportet
Satis mihi aduerſa fuiſti nũc aliũ vultũ p̃bebis reor. aut mihi blan/
da eris aut oẽs tibi crines euellã. Cur me fugis. puſillanimeſq; ſecta
ris fortune q̃z in eũ vox erat Viciſti fateor. nec me ampliꝰ experieris ad
uerſam. Tũ ego q̇s hic eſt inquã vegi q̇ fortune vim facit. Alfonſus
refert ille. Rex aragonũ. qui cũ fratribus apud ſtantiam captus phi/
lippo duci mediolanenſi datus dimiſſus deniq;. Nouis ſe preliȷ̃s im
miſcuit. Aduerſamq; dñam inſequutꝰ. tm̃ inſtando pſeuerãdoq; fecit
vt victam pudore fortunã iam in ſuũ fauorem reuocauerit. Aliꝰ quez
vix tribus a fortuna diſtante paſſibꝫ cernis Burgondionũ dux eſt. ⁊
cum eo coniunx cordata longus ille et tardus qui vix vocem expri/
mit inſubribus preeſt huic hera ſepius arriſit. ſed non audiuit vt par
erat domine vocem. Ideo minus agri poſſidet. minuſq; poſſideret ni
ſi minas fortune nature liberalitas cõfregiſſet. Ille in armis letus io
annes eſt vaynoda tranſſilanor̃. cuius virtute fracti teucri vngari
am reliq̃runt. Hic niger Giſcra eſt cuiꝰ armis defenſe ſunt ladiſlai ꝑ
tes hic Caluus Bohemꝰ Taſco eſt vir ſenſatus volũtate varia. An
hunc picenniũ videre potes cuiꝰ ꝟtutem mirari magis q̃ referre poſ/
ſumꝰ. Apud eum franciſcus. cariuola ſtat magis fortune fauore q̃ ſu
is ꝟtutibus in hanc diem magnificatus Inter hos ego matronalem
habitũ cernẽs ⁊ q̃nam inq̃z illa eſt femina que ante alias tribꝫ paſſibꝫ
ꝑgens tam faſtuoſa videtur. Hec inquit Vegiꝰ Venecia eſt que pe/
cuniar̃ fortune claues habet tarpeiãq; cuſtodit. Alia eſt Bruggẽſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Ciuitas. Tercia colonia. Nornberga ſubinde. Argentina ſequitur.
Uienna quoqꝫ inter has non eſt vltima. Florentina Venecijs pri
mat. ſed timeo illi que pluribus iam annis fauorē fortune minime ſen
tit. Tua ſena floret nūc ſꝫ minas neſcio q̄s audiui Barchiōna ꝛ valē
tia florent Londome quoqꝫ ſplendide ſunt vt vides. Cum ego video
togatos quoſdā q̄ nam ſunt hi. Primꝰ eſt meus pontifex inquit. Ve/
giꝰ. num Eugeniū noſti. Proch inq̄ꝫ ego. etiaꝫ res eccl'aſticas fortuna
verſat. Non minꝰ quā tpales inq̄t Vegiꝰ. ex quo nr̄i ſacerdotes dn̄ari
ceperūt ꝛ mūdialia potiꝰ q̄ꝫ ſpūalia curare. Felix poſt eū ſex gradibus
ſedet imius qꝛ pncipes nō ſequunt eū. Illi cardinales ſunt tu oēs no/
ſti ſi vultū intueberis. Tres electores altioribꝰ accūbunt thoris. Pri
arche pauꝑes ſunt. tam latini q̄ꝫ greci iō retro ſtant. Ille vidue pulla/
tis indute veſtibꝰ q̄ poſt Alexandꝛ herculēqꝫ iacēt vꝛbes ſunt q̄ quon
dā ſplēdide nunc ſolo cq̄te ſicut iuſſit fortuna cernūt illa in mōtibꝰ ſita
Carthago. altera ſuꝑ eufratē babilon. Troya columen aſie int' xan/
ctū ꝛ ſimeontē diruta. Ille amphionis thebe tum mater muſaꝝ cecro
pis ꝛ armis quōdum potēs lacedemonia. Poſt ego q̄ nā obſecro illi ſt̄
q̄ ſe noſtris horrent miſcere. Prior ille ſoldanus eſt inq̄t Vegius cui
paret egyptus. Aliꝰ teucris imperat. tercius parthis. quartus afris
ille nudus brachijs tantum indutus ꝛ armillis cui diues ex collo tor/
ques pendet indorum habet dominatum. Poſt hec ad ſiniſtram me
verti ibi paupertas ſedebat ignominia deriſus iniurie morbi. ſenectus
tormēta. carceres. fames. dolor. ſtridor. timor. pudor. odium. inuidia.
deſperatio. charitas bellū. peſtis ſolitudo. verbera. cure. ꝛ mille malo/
rum nomina. Campi ſitiētes nudi. aut lapidibus tecti. Et quid rogo
ſibi vult hec vaſtitas Vegi. Hic habitant inq̄t illi qui ex alto gradu
ceciderunt poſtq̄ꝫ fortune fauorē amiſerūt. Vides ne ſublimem illam
matronam ſeptem collibus quaſi pedibus ſubſiſtentem. Hec eſt au/
rea quōdam rhoma iam lutea eam ſequitur ſyracuſe proxime. Cum
genua. lune pyſa. luca. pariſius. inter germanas florent adhuc vꝛbes.
Sola praga ſplendor terre declinat Cōſtantinopolis thracum caput
morti ꝓpinquat. Omnia tempus donat nec vlli fortūa ꝑpetuo bona
eſt. Hic meſtus ſubmiſſo capite renatus eſt quem fortuna ex apulie fi
nibus pepulit. Ille thomas fulgoſius eſt qui ex ducali ſolio tractus in
carceris iacet pedore. Hic Pancracius vnco tenetur qui ſolebat cuꝫ
omnibus. tum maxime. Cancellario tuo infeſtiſſimus eſſe.
Borbonij dux ibi eſt qui regno Francie dicebat leges nunc domi/
nij per te mulctatus extra regiam eſſe iubetur. Vides ne ſenem pro/
cerum cana ꝛ dimiſſa barba. Hic Ludouicus eſt dux Bauarie queꝫ
filius dominatu priuatum domi clauſum ſeruat dum ſic loquitur
Vegius rurſus in dexteram feror video campum nube cādida tectum
dumqꝫ introſpicio. Seu vera figura fuit ſeu ficta Ladiſlaum puel/
lum dyademate ꝛ veſtibus ornatum regijs. viſus ſum videre. pluresq/
ꝫ ſecum infantas ludere. Petoqꝫ Vegium. Qui nā ſunt hij nube ca/
na circūuoluti. Hij ſunt inquit Vegius. Quibꝰ fortuna fauorē ſpon

det. Si fatoꝝ munere vixerint vix iſta loquutꝰ erat. Vegius cū dea in
me oculos ꝯtorſit Contractiſqꝫ ſupcilijs Quis te huc accerſiuit inq̄t
Enea. Nemo inqꝫ ego. Sed auidus te viſendi introgreſſus ſum noli
mihi ſuccenſere. Vidi regnū tuum iam abibo. Vnū tantum ex te pe/
to ſupplex mihi vt paucis rogatibus reſpondeas. Faciā inq̄t illa ꝓpo
ne. Tum ego. Quamdiu es hominibꝰ blanda Nulli diu reſpondit.
Iterum ego Quibꝰ artibus poteſt tuus fauor acquiri. nullis inquit il
la niſi ſolius importunitatis remedio Quis te plus alijs retinet Qui
meum imperiū maiori ſuſtinet animo Quis tibi odioſior. puſillanimꝰ
Quis te tute ſpernere poteſt ſapiēs Quando mihi blandior eris. cum
te vocabo ſuꝫ. ne vocandus. ſcies poſtea. Quis tibi ex oībus viuētibꝰ
eſt acceptior Qui me fugat non q̄ fugit ſatis habeo. vale ⁊ tu vale nec
te mei gregis eſſe negaueris inquit fortuna. quāuis tibi non dederim
auri montes. Nam quod pleriqꝫ te amāt tibiqꝫ bn̄faciunt meum eſt.
Retuli gratias atqꝫ abij vegius aū portam me dimiſit. ibi inter porri
gentiū manus turbā peregallum meū amiciorem amico ⁊ parem ſibi
Michaelem ſueuū. Tum Wenſelaū ⁊ Jacobū cancellarie glebis aſ
ſcriptos. Qui vt me viderunt circumfuſi ꝑcontabanť quid vidiſſem
Sed dū illis refero viſum mox ſomno ſolutꝰ ſum. Tu vale ⁊ q̄d hec ſi
bi velint ſagaci tuo ingēio diſcute mihiqꝫ apī Iteꝝ vale mel meū holꝰ
Epicurei ac pythagore legumen Ex vienna

Finit Epiſtola Enee poete de fortuna ad dominum
Procopiū de Rabemſteyn militē. Impreſſa dauantrie
in domo angulari platee pollis que dicitur teutōice die
polſtrate iuxta ſcholas Per me Jacobum de Breda.

Anno domini Milleſimo CCCC. octuageſino no/
no. in ꝓfeſto Egidij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 126